

XVI. IDEM GREGORIUS I. lib. 6. Epist. 35. ad Dominum Episcopum. [an. 597. Româ in Sicilia.]
Res Ecclesie desolate non proponantur captivi.
 Sicut omnino grave est frustrâ Ecclesiastica ministeria vendicare, sic iterum culpa est, imminente hujusmodi necessitate res maxime desolatæ Ecclesie captivis suis prapone, & in eorum redemptione cessare.
 PITH. Dominum.] V. C. Donnum.

GRATIAN. 2. Pars.
 QUAE VERò penitentia hujusmodi invaloribus, atque prapone, qui vasa sacra, & reliqua Divino cultui dedicata arripunt, & quasi profana contrectant, sit indicenda definit, scribens

XVII. NICOLAUS Papa I. Protario Archiepiscopo Burdegalensi. [an. 867. Româ in Galliam.]
Invaloribus verum Ecclesiasticarum, quæ penitentia sit imponenda.
 DE viro nefando, Burgando nomine, qui rabie insana commotus, Diabolicis se iretore laqueis non dubitavit, atque Gentilium more per abrupta itinera, & compita insidiis vobis in vestre Ecclesie villa, una cum Clericis vestris manentibus, & populum salubribus instrueret dogmatum monitis decertantibus, panique spiritualis verbi vacua hominum corda rehcientibus, atque laudabile propria salutis desiderium habentibus, sancta Apostolorum Petri, & Pauli limina visitare, collectis malitiæ suæ sequacibus, & iniquitatis complicitibus nefarias invasiones, & depravationes violentas inferre Daemoniaco ausu præsumplit; & ut Epistola vestre textus eloquitur, sacrum altare, sacræque Dominici corporis & sanguinis vasa, insuper & sanctum Christina pollutis arripere manibus, quasi vilia, & ad usum communem apta præsumplit; Dilectio nos vestra consuluit, si ipse, vel qui cum eo in tam impio, & iniquo scelere fuerint, ad penitentiam quandoque grati tracti divina venire voluerint, quo eos penitentia vinculo constringatis, nostræ institutionis censuram exposcere curatis. De quibus (si tamen ita est) jubemus, cum ad penitentiam reverti acceleraverint, uno anno extra Ecclesiam Dei consistere, cuius sacratissima vasa, extra ritum fidei Christianæ, diripiendos auferre non dubitaverunt. Secundo vero anno ante fores Ecclesie sine communione maneat. Tertio vero anno Ecclesiam Dei ingrediantur, & inter Audientes aditent sine oblatione, non manducantes carnem, nec bibentes vinum, præter Natalis, & Resurrectionis Dominicæ dies. Quarto præterea anno (si his prioribus tribus eorum fructuosus fuerit penitentia labor) communioni fidelium restituatur: totaque mentis intentione spontentes talia se vultu nuncquam facturos, corpus & sanguinem Domini suscipere mercantur, & usque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus sine esu carnis, & vini potatione maneat penitentes.
 CORR. ROM.] Caput hoc alibi non est inventum, quam in collectione Canonum incerti Autoris.
 PITH. Burgando.] V. C. Brigandi.

XVIII. Item in CONCILIO Leonis Papæ IV. [an. 853. Romæ.]
Res Ecclesie Episcopum usurpare, vel alienare non præsumant.
 MONEMUS, & irrefragabiliter affirmamus, ut nullus Episcoporum, vel Sacerdotum, rem Tituli sui usurpare præsumat: sed neque salarium à Christianis, sanctis locis oblatum causa amicitia, vel amoris, aut munus penitentem auferre: ne Ecclesia Dei ad nihil redigatur. Quod qui facere præsumpserit Episcopus, vel Sacerdos, Canoniam sine dubio subeat ultionem, & quod Ecclesia iniuste ablatum est, reddere compellatur; ita ut deinceps nullas vires pro his ad litigandum, vel possidendum habere possit.

XIX. Item EX SEPTIMA SYNODO, c. 12. [an. 787. in Bithynia.]
Episcopo, vel Abbati res Ecclesie alienare non licet.
 Quisquis Episcopus, vel Abbas inventus fuerit de salariorum a¹¹ Episcopi, vel Monasterii transferre quidquam in Principum manus, vel etiam alii personæ conferre, irritum sit, quod datum esse constiterit, secundum Canonem Sanctorum Apostolorum, qui dicit [Omnium Ecclesiasticarum rerum Episcopus habeat sollicitudinem, & dicitur dispenset eas, tamquam Deo contemplante. Non liceat autem ei fraudare sed quidquam ex illis, vel cognatis propriis donare, quæ Dei sunt. Quod si pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur: sed non sub horum occasione, quæ sunt Ecclesie, defraudentur.] §. 1. Quod si exultationem prætulerit dampnum facere, & nihil ad profectum agrum existeret; nec sic Principibus, qui per loca illa sunt, tribuatur ager, vel locus: sed Clericis, vel agricultoribus. §. 2. Quod si caliditate usus fuerit, & à colono; vel à Clerico emerit Principis agrum; irrita sit venditio, & restituatur Episcopo, vel Monasterio; & Episcopus, vel Abbas hoc faciens abiciatur; Episcopus quidem ab Episcopo, Abbas autem à Monasterio, tamquam qui dispersit, quæ non collegit.
 CORR. ROM.] Apud Gratianum, quemadmodum &

¹ Ivo. p. 3. c. 176.

² Pars. 2.

³ Polyc. l. 6. tit. 15.

⁴ Anf. l. 6. c. 184.

⁵ Ivo. p. 5. c. 375. n. Can. Apof. 39.

⁶ Polyc. l. 6. tit. 15.

⁷ Anf. l. 6. c. 184.

⁸ Ivo. p. 5. c. 375. n. Can. Apof. 39.

apud Anselmum citabatur, ex Historia Eusebii Episcopi Cesariensis. Ivo verum autore citavit. Verio autem est Anastasi Bibliothecarii, ex cuius codicibus manuscriptis nonnulla sunt emendata.

^a Salariis.] Græcè est, in res avergyris, pro qua voce in Parisiensis Græcorum Canonum editione legitur in Rubrica, in res avergyris, id est, ex suburbani, quasi suburbana vocentur auturgia, quod ipsius possessoris manibus colantur. Balsamon tamen eos agros interpretatur, qui per se ipsi sine magna cultura fructum ferre possunt, ut silvæ, & alia hujusmodi.

^β Fraudare.] epirigocdu, id est, sibi vendicare, & suam facere.

^γ Episcopus quidem ab Episcopo, Abbas autem à Monasterio.] Hæc ad sententia integritatem addita sunt ex ipso Canone.

^δ PITH. De salariis.] V. C. aliquid. In VII. Synodo 350. Episc. c. 12. pro salariis, habetur in res avergyris, aliis, avergyris. Vide Cujac. ad Nov. 5. Et.] V. C. ut.

^ε Irrita.] Addit V. C. etiam.

XX. Item SYMMACHUS Papa in Synodo III. cap. 4. Et seq. usque ad nonum. [an. 502. Romæ.]
Prædium Ecclesie non liceat Papæ alienare.
 NON liceat Papæ prædium Ecclesie alienare aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in usufructum a rura dare: nisi tantammodo domos, quæ in quibuslibet urbibus non modica impensâ sustentantur. Quæ Leges omnes cultores adstringantur; ut donator, accensor, venditor honorem perdat. Et qui subscriperit, anathema sit cum eo, qui dedit, vel qui recepit, nisi restituerit. Liceat etiam quibuslibet Ecclesiasticis personis contradicere, & cum fructibus alienata referere. Quod non modo in Apostolica servandum est Ecclesia, verum etiam universis Ecclesiis per provincias quidem dicitur convenire.
 CORR. ROM.] Caput hoc collectum est ex plurius capitulis Synodi Romanæ tertie sub Symmacho, in epitomen tamen relictis.
^a In usufructum.] In Concillorum editionibus partim legitur, sed nec in usufructuario iure aliquibus dare licet, partim, sed nec in usufructuario iura aliquibus, &c. quemadmodum & in codice Canonum impresso. Nam in vetusto manuscripto est, sed nec usufructuario aliquibus dari liceat. Idem verò significare usufructuarium, & usufructum scribit Smaragdus in expositione Regule B. Benedicti, c. 59. his verbis, usufructuum dicit, quod nos dicimus usufructuarium.
^β Quod non modo.] In ipsa Synodo longè aliter habetur. Hujus autem constitutionis legem in Apostolica tantum volumus Sede servari, universis Ecclesiis per provincias servandam animarum considerationem, quem proposito religionis convenire Rectores earum viderint, more servato.
 PITH.] Jura.] rura.

XXI. IDEM IN SYNODO SEXTA. [an. 504. Romæ.]
Qui res Ecclesiasticas vendit, ad altare non audeat accedere.
 Nidignè ad altare Dei preparare permittitur, qui res Ecclesiasticas audeat invadere, aut iniuste possidere, aut iniqua, vel iniusta defensione in eis perdurat. Et pauca post. §. 1. Debet tamen esse proventus, ut vindictam ammonitio præcedat, & res usurpatas iniuste qui abtulit, aut iniuste ablatas retinet, æquitate patrocinantem, legibus restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, demum prædationem Sacerdotalis districtio maturata percellat. Et infra. §. 2. Valde iniquum ergo & ingens sacrilegium est, ut quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie animarum suarum unumquodque venerabili Ecclesie contulerit, aut certe reliquerit; ab iis, quibus hæc maxime servari convenit, id est, Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia à Principibus, & Primis Regionum in aliud transferri, vel converti permittatur. Propterea, qui hæc non prævidit, & aliter quam scriptum est, prædium Ecclesiæ tradita pecierit, vel acceperit, aut possiderit, vel iniuste defendit, aut retinuerit; nisi citò se correxerit, quo iratus Deus animas percudit, anathemate feriatur: sitque accipienti, & danti, & possidenti anathema, & instituta poenæ contubernium assiduum. Nec aliquo se ante tribunal Christi obtulculo munit, qui à religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra factas, sine aliqua pietatis consideratione dispergit.
 CORR. ROM. a Aut iniuste.] In Synodo legitur, aut iniuste, id est, sine licentia Episcopi possidere. β Ammonitio.] In Synodo additur, manifesta. γ Hominibus.] Quo sequuntur usque ad vers. in aliud, addita sunt ex Synodo.
^δ Vel iniuste defendit, aut retinuerit.] Addita sunt & ista: sique omnia, quæ in usurpatione hujusmodi rerum accidere solent, exponuntur.

XXII. Item NICOLAUS Papa I. Adoni Viennensi Archiepiscopo in Epistola, cuius initium, Quia Sanctitatis vestra. [an. 862. Româ in Galliam.]

¹ Ivo. p. 3. c. 152.

² Anf. l. 6. c. 17.

³ Anf. l. 6. c. 29.

⁴ Anf. l. 6. c. 29.

⁵ Et in Conc. Parisiensis, l. 1. c. 17.

⁶ Polyc. l. 3. tit. 11.

⁷ Anf. l. 5. c. 68.

⁸ Burch. l. 3. c. 13.

⁹ Ivo. p. 2. c. 202.

¹⁰ Fann. l. 2. c. 7.

¹¹ Matth. 5.

¹² II. q. 7. quætoptr.

¹³ Polyc. l. 3. tit. 11.

¹⁴ Anf. l. 5. c. 68.

¹⁵ Burch. l. 3. c. 13.

¹⁶ Ivo. p. 2. c. 202.

¹⁷ Fann. l. 2. c. 7.

¹⁸ Matth. 5.

¹⁹ II. q. 7. quætoptr.

XXIII. Item GELASIVS I. Justino Archidiacono, & Faustino Defensori. [c. an. 494. Romæ.]
De rebus Ecclesie non est aliquid alienandum.
 Vobis enim, & famæ vestre consilium duximus, ut Pontificis vestri loco, vobiscum ab eodem aliquid subrogetur, qui ejus nomine pariter universa disponat: quatenus omnia prædium ab vestrum revocatis studium, nec cuiquam Clerico pro portione sua aliquod solum Ecclesie putet esse deputandum: ne per incuriam, & negligentiam minuiatur: sed omnis pensionis summam ex omnibus præditiis rusticis, urbanisque collectam, ad Anastasium deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid ad causas, vel expensas accidentium necessitatum opus esse perscrutur, ut de medio sequestratur: & quatuor portiones vel de fidelium oblatione, vel de hac fiact modis omnibus pensione: ita, ut unam sibi tollat Antistes, alteram Clericis pro suo jure, & electione impartiat, tertiam pauperibus sub omni conscientia facta erogari: fabricis vero quartam, que competit, ad ordinationem Pontificis, erogaione vestra decernimus esse pensandam. Si quid forte sub annua remanebit 15 expensa; electro idoneo ab utraque parte caute, tradatur 17 enthebis 18; ut si major emerit fabrica; sit subsidio, quod ex diversis temporis diligentia poterit custodiri: ad certè ematur possessio, que utilitates respiciat communis.
 PITH. Pensandam.] V. C. pendendam.
 Remanebit.] V. C. remanebit.
 Tradatur.] V. C. contatur.
 Enthebis.] l. 7. Cod. Tb. de honor. præscr. Cassian. lib. 4. Institut. c. 14.

XXIV. IDEM Majorico, Sereno, & Joanni Episcopis. [c. an. 494. ibid.]
Divini numeris participatione privetur, qui Ecclesiasticæ privilegia calcet.
 Qui à Divinis, & Humanis legibus incivili damnatione calcatis, & reverentia Religionis abjecta, vel Ecclesiastica privilegia calcare contendunt, vel ubilibet in pauperum profire dispensandum, nec hujusmodi, saltem communi, convitiisque, nequitiam sapire consentiunt, atque illata sacris rebus detrimenta facere; merito Divini muneris participatione sunt privandi: ut hujus perceptione careant, quod sacrilegis ausibus habere despectui. Celestium vero Presbyter fratris & Coepiscopi nostri Sereni, qui contra Pontificale iudicium, contraque Apostolica Sedis mandata prompsit, supradictis communionem sacram ministrare præsumpsit; cum non potuisset ignorare sententiam proprii Sacerdotis, ab officio protinus Ecclesiastico pellatur: ut nullus Ecclesie Ministeriorum contra Pontificia instituta venire contendat.

XXV. IDEM eisdem Justino & Archidiacono, & Faustino Defensori. [c. an. 494. Romæ.]
De eodem.
 VUlteranz Ecclesie actus, vel patrimonium, quod haftenus compertimus destitutum, post damnationem Eucharistii, quo fuerat depravatum dispersum, curæ vestre decrevimus esse delegandum: ut diligentia (quâ vos pro utilitatibus Ecclesie exitimamus esse vigilantes) prædium cultura restituitur antiqua; & revocatis, si qua sunt vendita, aut donata mancipia. Possessiones etiam, quas ab Eumano 19, & Opilione Episcopis, vel ceteris quovis iure videtur teneri (quia contra constituta 20 Synodi ab Episcopis 21 prædium alienari nullo, potuerunt commentis); nihilominus revocentur. Sit empiribus ad eum recursum, qui præsumpt aliquid de Ecclesie rebus illicita venditione distrahere; ita ut pensiones annuas ad Pontificem deferatis: cui privilegia sua integra convenit omni ratione servari, ut ejus dispensatione portiones proveniant consuetæ: ita ut portionem quartam 22, quæ ad eos pertinet, sua Pontifex ordinatione distribuat, prout cuiusque locum meritumque cognoscit. Pariter etiam ex Fidelium oblatione faciendum est, ut Clericis quartam erogat pro consideratione sue electionis Antistes. Fabricum etiam portio Episcopo sciente, & disponente, vestra erogaione penatur; quatenus nihil penitus in detrimentum alius rei patiamini generari.
 CORR. ROM. a Justino, &c.] Antea legebatur, Item eisdem. Emendatum est, & postea istorum Virorum no-

¹ Ivo. p. 3. c. 152.

² Anf. l. 6. c. 17.

³ Anf. l. 6. c. 29.

⁴ Anf. l. 6. c. 29.

⁵ Et in Conc. Parisiensis, l. 1. c. 17.

⁶ Polyc. l. 3. tit. 11.

⁷ Anf. l. 5. c. 68.

⁸ Burch. l. 3. c. 13.

⁹ Ivo. p. 2. c. 202.

¹⁰ Fann. l. 2. c. 7.

¹¹ Matth. 5.

¹² II. q. 7. quætoptr.

¹³ Polyc. l. 3. tit. 11.

¹⁴ Anf. l. 5. c. 68.

¹⁵ Burch. l. 3. c. 13.

¹⁶ Ivo. p. 2. c. 202.

¹⁷ Fann. l. 2. c. 7.

¹⁸ Matth. 5.

¹⁹ II. q. 7. quætoptr.

mina ex Ivone: ad quos etiam scriptum est superius penultimum Caput, vobis enim. Nec verò hæc, quæ nunc afferentur, pertinere posse ad Episcopos, quibus proxime præcedens Caput scribebatur, indicant non modo quæ à Gratiano hic referuntur, sed etiam apertius verba, quæ apud Ivonem post ultima hujus Capitis sequuntur: Si quis vero in Ecclesia vestra damnum, aut in his, quæ sunt præceptionis vestre prohibita, Pontificem vestrum vitare viderit, &c.

¹ PITH. Eumano.] V. C. Eumano.
² Constituta.] V. C. constitutum.
³ Episcopi.] V. C. Episcopo.
⁴ Quartam.] V. C. quartam.

XXVI. IDEM Clero, & Ordini, & Plebi Brundusii. [c. an. 494. Româ in Calabria.]
Reditum, & oblativum due portiones Clericis committantur.
 Concesso vobis, quem petitis, Antistes fratre jam & Coepiscopo meo Juliano, necessarium fuit (eodem ad Ecclesiam suam mox remisso) ad vos nostra scripta pariter destinari: quibus agnosceris eidem fuisse præceptum, ne unquam ordinationes præsumat illicitas. Et infra.
 §. 1. Reditus, & oblationes Fidelium in quatuor partes dividat: quarum unam sibi ipse retineat: alteram Clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat: fabricis tertiam: quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam: quarum rationem Divino est redditurus examini.
 CORR. ROM.] Epistola Gelasii, in qua est hoc Caput, missa est cum aliis ex Hispania. Eadem verò inter Epistolas Gregorii II. impressas est tertia Clero, & Plebi Turingie scripta. Talis quedam Epistola, sed brevior, referunt in libro, qui inscribitur Ordo Romanus, & formata Episcopo danda nuncupatur.

XXVII. IDEM in Epistola ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios. c. 29. [an. 494. Româ in Lucaniam.]
De oblationibus Fidelium quot portiones fiant, & quæ cuique proveniat.
 Quatuor autem tam de redditu, quam de oblatione Fidelium, prout cuiuslibet Ecclesie facultas admittit (sicut dudum rationabiliter est decretum) convenit fieri portiones: quarum sit una Pontificis, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut Sacerdotis intererit Minutis Ecclesie memoratam dependere quantitatem; sic Clerus ultra delegatum sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Eæ verò, quæ Ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat intauratio manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum Præsul impendia his deputata convertat. Iplam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamquam Divinis rationibus se dispensasse monstratur esse videatur; tamen juxta quod scriptum est: Ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Calis est: oportet etiam præsentem restitutionem prædicari, & bonæ famæ præconis non taceri. Quapropter nec Clericorum quilibet, &c.
 PITH. Quatuor.] Refert Cresc. vide cap. 73. Capitulum Ital.
¹ Memoratam.] Sic etiam V. C.
² Prærogata.] 2. V. C. prorogata.
³ Insauratio.] Sic Cresc. 2. V. C. instruita.
⁴ Deputata.] Cresc. & 2. V. C. designata.
⁵ Videatur.] al. dicatur.
⁶ Glorificent.] al. magnificent.

XXVIII. Item SIMPLICIUS Papa Florentio, & Equitio, & Severo Episcopis, Epist. 3. [an. 475. Romæ.]
De rebus oblationum, & reddituum Ecclesie quatuor portiones dispensanda credantur.
 DE rebus Ecclesie, vel oblatione Fidelium quid deceat necientis nihil licere permittat: sed sola Episcopo ex his una portio remittatur: due Ecclesiasticis fabricis, & erogaioni peregrinorum, & pauperum profuturæ, à Bonagro Presbytero sub periculo sui ordinis ministerium: ultima inter se Clericis pro singularum meritis dividatur. Et infra. Cui, id est, Gaudentio, hoc specialiter præcipimus, ut tres illas portiones, quas triennio dicitur sibi tantummodo vendicasse, restituat.
 CORR. ROM.] Addita sunt in hoc Capite aliquot verba ex originali, quæ ad sententiam facere aliquid videbantur.
 PITH. Et.] Delet V. C.
¹ Permittat.] al. promittat.
² Episcopo.] V. C. ei.
³ Una.] 2. V. C. quarta.
⁴ Triennio.] V. C. triennium.

XXIX. Item GREGORIUS I. Maximiano Episcopo Syracusano, lib. 3. Epist. 11. [an. 593. Româ in Sicilia.]
 m Joan. Diacon. l. 4. num. 34.

¹ Anf. l. 6. c. 17.

² Anf. l. 6. c. 29.

³ Anf. l. 6. c. 29.

⁴ Anf. l. 6. c. 29.

⁵ Et in Conc. Parisiensis, l. 1. c. 17.

⁶ Polyc. l. 3. tit. 11.

⁷ Anf. l. 5. c. 68.

⁸ Burch. l. 3. c. 13.

⁹ Ivo. p. 2. c. 202.

¹⁰ Fann. l. 2. c. 7.

¹¹ Matth. 5.

¹² II. q. 7. quætoptr.

¹³ Polyc. l. 3. tit. 11.

¹⁴ Anf. l. 5. c. 68.

¹⁵ Burch. l. 3. c. 13.

¹⁶ Ivo. p. 2. c. 202.

¹⁷ Fann. l. 2. c. 7.

¹⁸ Matth. 5.

¹⁹ II. q. 7. quætoptr.